

Prayers for the students
AEB 2869 (Dev)

888141

AVE MARIA

PRAYERS
for the
STUDENTS



SERVITE FATHERS
AMERICAN PROVINCE OF
ST. JOSEPH

TABLE OF CONTENTS

Visit to the Blessed Sacrament	1
The Angelus	2
Prayers before and after classes	3
Prayers before and after meals	4-6
Variations in the Prayers at meals	7-11
Morning Prayers	12
Evening Prayers	13-15
Prayers for the Growth of the Order	16-18
Prayers for the Dead	19

Cum Permissu Superiorum

Visit to the Blessed Sacrament

P. O Sacrum Convivium*

S. In quo Christus sumitur* recolitur memoria passionis ejus* mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur. (P. T. Alleluia)

P. Panem de caelo praestitisti eis. (P. T. Alleluia)

S. Omne delectamentum in se habentem. (P. T. Alleluia)

P. Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus; Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

S. Amen.

P. Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.

S. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Et dimitte nobis debita nostra* sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

P. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui, Jesus.

S. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

P. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

S. Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

P. Salve Regina*

S. Mater misericordiae* vita, dulcedo, et spes nostra, salve*. Ad te clamamus exsules filii Hevae*. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle* Eia ergo advocata nostra* illos tuos misericordes oculos ad nos converte*. Et Jesum, benedictum fructum ventris tui*, nobis post hoc exilium ostende*. O Clemens, O Pia, O Dulcis Virgo Maria.

P. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

S. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

P. Oremus. Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante, praeparasti da, ut cujus commemoratione laetamur; ejus pia intercessione, ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

S. Amen.

P. Nos cum prole pia.

S. Benedicat dolorosa Virgo Maria.

Angelus

P. Angelus Domini nuntiavit Mariae.

S. Et concepit de Spiritu Sancto.

P. Ave Maria, etc.

S. Sancta Maria, etc.

P. Ecce ancilla Domini.

S. Fiat mihi secundum verbum tuum.

P. Ave Maria, etc.

S. Sancta Maria, etc.

P. Et Verbum caro factum est.

S. Et habitavit in nobis.

P. Ave Maria, etc.

S. Sancta Maria, etc.

P. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

S. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

P. Oremus. Gratiam tuam, quaesumus Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

S. Amen

P. Gloria Patri, etc.

S. Sicut erat, etc.

In place of the Angelus, the following is said during the Paschal Season.

- P. Regina caeli laetare, alleluia.
S. Quia quem meruisti portare, alleluia.
P. Resurrexit, sicut dixit, Alleluia.
S. Ora pro nobis Deum, Alleluia.
P. Gaude et laetare, Virgo Maria, Alleluia.
S. Quia surrexit dominus vere, Alleluia.
P. Oremus. Deus qui per resurrectionem Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, mundum laetificare dignatus est ; praesta, quaesumus, ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eundem Christum Dominum nostrum.
S. Amen.

Before Classes

- P. Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praevieni, et adjuvando proseguere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum.
S. Amen.
P. Ave Maria, etc.
S. Sancta Maria, etc.
P. Regina Servorum tuorum.
S. Ora pro nobis.

After Classes

- P. Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.
S. Amen.
P. Ave Maria, etc.
S. Sancta Maria, etc.
P. Nos cum prole pia.
S. Benedicat dolorosa Virgo Maria.

Before Dinner

P. Benedicite.

S. Benedicite.

P. Oculi omnium in te sperant, Domine.

S. Et tu das escam illorum* in tempore opportuno* aperis tu manum tuam* et imples omne animal benedictione.

All. Gloria Patri et Filio* et Spiritui Sancto* sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum, Amen.

P. Kyrie, eleison.

S. Christe, eleison.

P. Kyrie, eleison. Pater Noster . . . ,

P. Et ne nos inducas in tentationem.

S. Sed libera nos a malo.

P. Oremus. Benedic, Domine, nos et haec tua dona, quae de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum.

S. Amen.

Lector: Jube, Domne, Benedicere.

P. Mensae caelestis participes faciat nos Rex aeternae gloriae.

Lector: Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui, Jesus.

When Silence Is Dispensed

P. Benedicamus Domino.

S. Deo gratias.

After Dinner

Lector: Tu autem, Domine, miserere nobis.

All: Deo gratias.

P. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua.

S. Et sancti tui benedicant tibi. Gloria Patri, etc.

P. Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

S. Amen.

Lector: Laudate Dominum, omnes gentes.

All: Laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus.

Et veritas Domini manet in aeternum.

All: Gloria Patri, etc.

P. Pater noster.

P. Et ne nos inducas in tentationem.

S. Sed libera nos a malo.

P. Dispersit dedit pauperibus.

S. Justitia ejus manet in saeculum saeculi.

P. Benedicam Dominum in omni tempore.

S. Semper laus ejus in ore meo.

P. In Domino laudabitur anima mea.

S. Audiant mansueti et laetentur.

P. Magnificate Dominum mecum.

S. Et exaltemus nomen ejus in idipsum.

P. Sit nomen Domini benedictum.

S. Ex hoc nunc et usque in saeculum.

P. Retribuere dignare, Domine, omnibus, nobis bona facientibus propter nomen tuum, vitam aeternam.

S. Amen.

P. Benedicamus Domino.

S. Deo Gratias.

All: Salve Regina. (Page 1)

P. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

S. Amen.

All. Pater noster (in silence.)

P. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.

S. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

P. Deus det nobis suam pacem.

S. Amen.

Before Supper

P. Benedicite.

S. Benedicite.

P. Edent pauperes et saturabuntur.

S. Et laudabunt Dominum* qui requirunt eum* vivent corda eorum in saeculum saeculi.

All: Gloria Patri, etc.

P. Kyrie eleison.

S. Christe eleison.

P. Kyrie eleison.

P. Pater Noster.

P. Et ne nos inducas in tentationem.

S. Sed libera nos a malo.

P. Oremus. Benedic, Domine, nos (as at dinner page 4.)

S. Amen.

Lector Jube, domne benedicere.

P. Ad coenam vitae aeternae perducatur nos Rex aeternae gloriae.

S. Amen.

Lector Ave Maria. (to Jesus.)

After Supper

Lector Tu autem, Domine, miserere nobis.

All Deo gratias.

P. Memoriam fecit mirabilium suorum.

S. Misericors et miserator dominus, escam dedit timentibus se.

All Gloria Patri, etc.

P. Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus operibus suis: Qui vivit et regnat in saecula saeculorum.

S. Amen.

Lector Laudate Dominum omnes gentes.

All Laudate eum, omnes populi, etc. (Rest as after Dinner Page 5.)

Variations In Prayers At Meals

For All Fridays and Fast Days

Dinner

Prayers before and after dinner are taken entirely from the prayers ordinarily said before and after supper. (Page 6.)

Before Supper

Lector Jube domne, benedicere.

P. Noctem quietam et finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens.

S. Amen.

Lector Fratres: Sobrii estote et vigilate: quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circumcui, quaerens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Benedicite.

P. Largitor omnium bonorum benedicat refectionem servorum suorum, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus.

S. Amen.

Lector Ave Maria (to Jesus). Deus caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo.

After Supper

Lector Tu autem, Domine, miserere nobis.

All Deo Gratias.

P. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

S. Qui fecit caelum et terram.

P. Sit nomen Domini benedictum.

S. Ex hoc nunc et usque in saeculum.

P. Retribuere etc. (Page 5)

Variations For The Seasons

Christmas

From dinner, Christmas day, up to supper of Vigil of Epiphany, the following are said before and after both dinner and supper.

Before Meals

- P. Benedicite.
- S. Benedicite.
- P. Verbum caro factum est. Alleluia.
- S. Et habitavit in nobis. Alleluia.
- All Gloria Patri etc.
- P. Kyrie, eleison.
- Rest as on Page 6.

After Meals

- Lector Tu autem, Domine, miserer nobis.
- All Deo gratias.
- P. Notum fecit Dominus. Alleluia.
- S. Salutare suum. Alleluia.
- All Gloria Patri, etc.
- P. Agimus tibi etc. (Page 4)

For Epiphany And Its Octave

Before Meals

- P. Reges Tharsis et insulae munera offerent. Alleluia.
- S. Reges Arabum, et Saba Dona adducent. Alleluia.
- All Gloria Patri, etc.

After Meals

- P. Omnes de Saba venient. Alleluia.
- S. Aurum et thus deferentes. Alleluia.
- All Gloria Patri, etc.

Holy Wednesday Evening

Holy Thursday Noon

No other prayers are said at meals on this day except the following:

Before Meals

- P. Christus
- S. Factus est pro nobis* obediens usque ad mortem.
(Pater Noster in silence.)

Then the priest gives the blessing.

After Meals

P. Christus*

S. Factus est pro nobis* obediens usque ad mortem.
(Alternate on the following) Psalm 50: Miserere

P. Miserere mei, Deus. * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationem tuarum* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi et malum coram te feci* ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo et mundabor * lavabis me et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus Deus, salutis meae.*
et exaltabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies * et os meum annuntiabit
laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique *
holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus * cor contri-
tum et humiliatum, Deus, non despicias.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion *
ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et
holocausta * tunc imponent super altare tuum vitulos.

(The Pater Noster silently)

P. Respice, quaesumus Domine, super hanc familiam
tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non
dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire
tormentum.

(The Pater Noster silently)

Holy Thursday: at Supper

Good Friday: at Noon

Everything is the same as on Holy Thursday except
the following is said before and after meals:

P. Christus*

S. Factus est pro nobis * obediens usque ad mortem *
mortem autem crucis.

Good Friday: at Supper

P. Christus *

S. Factus est pro nobis * obediens usque ad mortem *
mortem autem crucis *; propter quod et Deus exal-
tavit illum * et dedit illi nomen * quod est super
omne nomen.

Holy Saturday
For Dinner and Supper

Before Meals:

P. Vesperae autem sabbati, quae lucescit in prima sabbati, Alleluia.

S. Venit Maria Magdalene * et altera Maria, videre sepulcrum Alleluia.

All Gloria Patri, etc.

(The same is said after meals)

Easter Sunday

Up to, but excluding, supper of the following Saturday.

Dinner and Supper

P. Haec dies quam fecit Dominus. Alleluia.

S. Exultemus et laetemur in ea. Alleluia.

(The same is said after meals)

Ascension Thursday

Up to, but excluding the Vigil of Pentecost.

Before Dinner and Supper

P. Ascendit Deus in jubilatione. Alleluia.

S. Et dominus in voce tubae. Alleluia.

All Gloria Patri, etc.

After Dinner and Supper

P. Ascendens Christus in altum. Alleluia.

S. Captivam duxit captivitatem. Alleluia.

All Gloria Patri, etc.

Pentecost

From the Vigil of Pentecost up to but excluding supper of the following Saturday:

Before Dinner and Supper

P. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Alleluia.

S. Et hoc quod continet omnia * scientiam habet vocis. Alleluia.

All Gloria Patri, etc.

After Dinner and Supper

P. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto. Alleluia.

S. Et coeperunt loqui. Alleluia.

All Gloria Patri, etc.

Morning Prayers

P. O my God,*

S. Most Holy Trinity * Father, Son, and Holy Ghost * one God in Three Divine Persons, * I adore and acknowledge thee * as my Superior Being, * and profess to Thee unlimited subjection and obedience. I thank Thee most heartily, * Fountain of every good for all the benefits I have received from the first instant of my life to this very moment, * and more particularly * for the grace of my preservation, * and for having kept me this night under Thy protection. * O my Creator, * I repent and am heartily sorry for having offended thee * by the many sins by which I have vilified thy Supreme Majesty, * and Infinite Goodness; * I humbly ask pardon for them * and resolve with the help of thy grace * rather to die than to offend Thee again. * I offer Thee, * in union with the Passion and merits of our Lord Jesus Christ, * my every thought, word, and action, * not only of this day, * but of every day of my life, * for thy greater glory, * for the salvation of my soul, * and according to all the intentions I am bound to have, * that I may gain this day all possible indulgences, * that everything may be pleasing in Thy sight, * advantageous to me, * and profitable to all the living and to the dead * who are suffering in Purgatory. * And because without Thee,* O my Hope, my Refuge, and my Strength, * I cannot do anything, * I beseech that Thy grace may predispose, * accompany, and follow me, * so that I may abstain from all evil, * do all the good I can, * and fulfill perfectly thy most holy will in all things. * Most Holy Trinity * have mercy on me; most Holy Virgin, Mother of God, * pray for me; my Guardian Angel protect me, * and my Patron Saint assist me.

Night Prayers

P. I adore Thee, O my God, *

S. One in Three Divine Persons, worthy of all reverence and love! * In the abyss of my nothingness * I humble myself before Thee, * and confess Thy absolute dominion over me. * O my gracious Lord, * would that I had a grateful heart with which to thank thee! * My greatest Treasure and Benefactor, * I thank Thee for the many graces * with which Thou has enriched me this day: * I thank Thee, especially * for having created me in Thy Power, * and for having preserved and protected me in Thy Providence: * I thank Thee for the gift of Faith, * for the grace of repentance, * for the benefit of Thy Sacraments, * thru which, as I firmly hope, * I have been restored to Thy favor; * I thank Thee for the light * that Thou hast vouchsafed to me this day, * and in the past, that I might know Thy ways, and walk securely in them, * and thus one day * attain to the eternal possession of Thy sweet Self; * I thank Thee, lastly for the numberless other graces * which Thou has conferred on me, * and of which I am ignorant. * O Supreme Good; * would that I could heartily and adequately repay Thee * for Thy many gifts to me * Father of mercies and Light of my soul, * grant me now the further grace * to know the sins I have today committed, * in thought, word, deed, or omission: * likewise awaken in me a true sorrow, * and detestation for them, * and help me to make firm resolution of amendment.

(Examen)

P. O God of infinite love, *

S. I am sorry and grieved for having so offended Thee, * since Thou deservest to be infinitely loved, served, and obeyed. * Would that I could die of pure sorrow for having offended Thee, * or satisfy in some way for the injury I have done Thee * Now I propose to offend Thee no more, * to shun all occasions of sin, * and to keep faithfully Thy most holy law. * My Lord Jesus Christ, * forgive this heart for its ungratefulness. * It is a humble and contrite heart * and longs to love Thee without reserve; * it desires but to pulsate in Thy sacred side, * and therein to live and die. * May the most Blessed Virgin Mary, * and all the angels and my patron saint * assist me during this night * and deliver me from a sudden death * and obtain from the Divine Majesty my eternal salvation! O my dear Mother, * rest upon my head the loving hand of Thy most dear Son. *

May the most Holy Trinity * and Jesus in the Blessed Sacrament * be ever praised, loved and glorified! * Blessed be the holy and Immaculate Conception of the Blessed Virgin Mary! * Jesus, Mary, and Joseph I give you my heart, my soul and my life; * Jesus, Mary, and Joseph, * assist me now and in my last agony: * Jesus, Mary and Joseph, * may I die in peace in your holy company!

P. Out of the depths I have cried to Thee, O Lord; Lord hear my voice.

S. Let Thy ears be attentive to the voice of my supplication.

P. If thou, O Lord, wilt mark iniquities: Lord who shall stand it.

S. For with Thee there is merciful forgiveness, * and by reason of Thy law, I have waited for Thee, O Lord.

P. My soul hath relied on His word: my soul hath hoped in the Lord.

S. From the morning watch even until night, * let Israel hope in the Lord.

P. Because with the Lord there is mercy; and with Him plentiful redemption.

S. And he shall redeem Israel from all his iniquities.

P. Grant them eternal rest, O Lord.

S. And let perpetual shine upon them.

Take, O Lord, and receive all my liberty, my memory, my understanding and whole will. Thou hast given all that I am and have; I surrender it all to Thy will. Give me only Thy love and Thy grace; with these I will be rich enough, and will have no more to desire. Amen.

PRAYERS FOR THE GROWTH OF THE ORDER

1. The "Salve Regina," is chanted with the versicle, response, and oration as on page 1.
2. The litany of the Blessed Virgin is recited as follows:

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.

Pater de caelis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor Deus, mundi, miserere nobis.
Spiritu Sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria, Sancta Dei Genitrix, Sancta Virgo Virginum, Mater Christi, Mater divinae gratiae, Mater purissima, Mater castissima, Mater inviolata, Mater intemerata, Mater amabilis, Mater admirabilis, Mater boni Consilii, Mater Creatoris, Mater Salvatoris, Virgo prudentissima, Virgo veneranda, Virgo praedicanda, Virgo potens,	} ora pro nobis
--	--------------------------

Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum iustitiae,
Sedes Sapientiae,
Causa nostrae laetitiae,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Foederis Arca,
Ianua caeli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,
Regina sine labe originali concepta,
Regina in coelum assumpta.
Regina sacratissimi Rosarii,
Regina pacis,
Regina Servorum tuorum,

ora pro nobis

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

P* Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

S* Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMUS.

Pietate tua, quaesumus, Domine, nostrorum solve vincula peccatorum, et intercedente beata Dei Genitrice Maria, cum septem Beatis Patribus nostris, atque B. Philippo confessore tuo et omnibus sanctis, N. Pontificem Maximum, N. Cardinalem Protectorem nostrum, N. Generalem nostrum, nos famulos tuos, benefactores nostros, atque loca nostra in omni sanctitate custodi, omnesque consanguinitate, affinitate, ac familiaritate nobis coniunctos a vitiis purga, virtu tibus illustra, pacem et salutem nobis tribue, hostes visibiles et invisibiles remove, carnalia desideria repelle, aerem salubrem et fertilitatem indulge, amicis et inimicis nostris caritatem largire, atque civitatem istam cum omnibus habitantibus in ea, ab omni peste, fame et bello atque terraemotu illaesam conserva, et omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam concede. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

PRAYERS FOR THE DEAD

PSALM 129

Ant. Si iniquitates.

De profundis clamavi ad te, Domine: * Domine,
exaudi vocem meam:

Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine: * Domine,
quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem
tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: * speravit
anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret
Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, * et copiosa
apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus
eius.

Requiem aeternam etc.

Ant. Si iniquitates observaveris, Domine: Domine,
quis sustinebit?

